Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

caput corporis sit diabolus. sic xpi caput est corporis peccatorum
non habentis maculam aut rugam; possunt autem membra ex
quibus corpus istud peccati constat illa uideri quae superius enume
rauit apostolus membra quae super terram; id est fornicationem. immun
ditiam. impudicitiam. auaritiam. contentionem. iram. dolos. rixas.
dissensiones. hereses. inuidiam. commessationes. et his similia ex
quibus omnibus membris dignedur corpus constare peccati. et hoc corpus
uetus hominis appellatur; quod si qui per crucem xpi destruat.
et innouum hominem qui secundum deum creatus est commutetur. ultra
non dicetur seruire peccato. cui sine dubio seruit donec alicui
eorum subiacet. quae supra exposuimus. membra ea peccati; siuero
magis corpus hoc nostrum dixisse intelligatur apostolus corpus peccati secundum
illam profecto accipietur intelligentiam. qua et dauid de semetipso
dicit. quia in iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis concepit me
mater mea. ipso quo peccato et secta ab apostolo traditionem suscepit. et ea
paruulis baptismum dare; siuetur destruatur corpus peccati.
hoc autem non expaste sed omnia uitia destruant. quia unum uitium mem
brum est peccati. corpus uero est uniuersitas delictorum. quorum
plenitudo est originale peccatum; xpi aut non expaste sed integer
est crucifixus. uitam ex toto moriamur peccato et uiuamus deo;
siuetur corpus nostrum destruatur a seruitute peccati. et fiat iustitiae
mancipium. quod solebat ei delicti. omnis enim qui facit peccatum
seruus est peccati; siue corpus peccati intelligitur is qui adhuc
extra baptismum originali subditus est conditioni. et non dum ipsi ulla
uitae suscepit initia. sed ex toto alienus est a salute; Qui enim mor
tuus est. iustificatus est a peccato; hoc est alienatus est a peccato.
mortuus enim omnino non peccat. uel sic ponatur prioris uitae
erroribus; mos tuus innouatur in xpo. et membrum eius effectus
concupiscentiis et passionibus contradicit; Si enim mortui sumus
cum xpo. credimus quia simul et iam uiuemus cum xpo; presenti
sermone aptus conclusionem facit omnium quae in superioribus
construxerat et dicit. si autem mortui sumus cum xpo; per haec sci
licet quae superius ostendimus credimus. quia et conuiuemus ei;
non dixit et conuiuimus sic dixit mortui sumus. sed conuiuemus. ut
ostendat quia amor in presenti operatur. uita autem in futuro. tunc
scilicet cum xpi manifestatus fuerit. qui est uita nostra abscondita
in deo; scientes quod xpi surgens a mortuis iam non moritur;
duplex intelligitur resurrectio. una quam ante acfide cum xpo